

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

Caput II

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

# ADMIRANDA PISCIUM,

## CAPUT I.

### DE ACU, ANTHIA & APHYA seu APUA.

**A**cus piscis rimam sub ventre habet, in qua ova reponi *Rondeletius*, autopsia edoctus, scripsit. Cum enim ejusmodi piscem hyemis initio aliquando secaret, in ea tima multa ova reperit. Ita autem post partum coit, ut coalescere videatur; quod mirum non esse luciorum Anglicorum exemplum ostender. Adeo duro integitur cortice, ut acuto gladio secari vix possit. *Anthia*, ubi se captivos inveniunt, lugent suam mortem, & quodammodo supplices videntur; retibusque insultantes insidias transilire conantur. Asperitate dorsi dissecare lineam, captivosque liberare facios, *Ovidii* & *Plutarchi* autoritate demonstratur. *Aphyia Thalerica* tam mollis est & pinguis pisciculus, ut, si aliquandiu manibus tractetur, liquefiat, aut si magna eorum copia in navibus vehatur, pinguedinem stiller, quæ collecta, lucernarum præbet pabulum. Horum pisciculorum figuras, referente *Suida*, ex rapis feminis in longa & tenuia frustra dissectis, ex oleo coctas, saleque & papavere asperfas, *Nicomedi Bithyniarum Regi*, pro veris proposuit *Apirius*.

## CAPUT II.

### DE ANGUILLA.

**A**nguillas in multis dulcibus aquis inveniri, nemo dubitat: attamen in illis quæ Danubio influunt non reperiri, cum, quæ Rheno illabuntur eas nutriant, *Nauclerus* prodidit. Causam in frigiditatem Danu-

bii coniecit *Albertus*, hancque exinde oriri, quod ante fauces Alpium ab occidente in Orientem fluat, majorem partem aquarum ex iisdem accipiat, adjicit. Solz contra aliorum piscium morem non superfluitant mortuæ, teste *Plinio*; rationem in ventre exiguo, & pinguedine pauca quæsiuit *Aristoteles*. Sic se rem habere, lampetrum, congorum, murænarum pinguedine abundantiam ostendit superfluitatio. Tanta earum alacritas, ut à Phalacrocorace integræ devorata, per intestina novem repetitis vicibus elabantur, tum retineantur cum debilitata fuerint. *Gesnerus*. In sinu detentos, majores præsertim, hominem ad suffocationem vincite, testatur *Cardanus*. A Sole in terra attactæ emoriuntur; sed ægerrime alias, vita post excoiationem manens ostendit. In *Arctusa* Chalcidensi mansuetas, inauribus argenteis & aureis ornatas, cibum de manibus largientium accepisse, *Athenæus*, *Ælianus*, & *Plutarchus* referunt. Idem in Eloth amne fuisse *Nymphodorus* auctor est.

### C A P U T III. DE BALÆNA & BARBO.

Ceterum omnium maxima ac princeps est *Balæna*. *Plinius* maximum in Indico mari animal vocat, illique quaterna jugera adscribit: hæc autem *Massarius* nongentorum sexaginta pedum longitudinem interpretatur. *Nearchus* viginti trium passuum Balenarum magnitudinem constare tradidit, qui in insulis ante Euphratem, cetum mari ejectum, centum & quingintacubitorum se vidisse, refert. Quæ in Scaldi fluvio decem ab Antverpia milliaribus anno 1577, die 2 Julii capta est, colore erat ex cæruleo nigricante: fistulam in vertice habebat, qua aquam eructabat magna vi: Longitudo ejus erat pedum octo & quinginta, altitudo sedecim; cauda quatuordecim pedes lata, ab oculo ad rostrum extremum intervallum sedecim pedum. Maxilla inferior senum in singulis lateri-

etiam pedum erat, viginti  
in eisdem foraminibus  
minimo carere, ex  
tantum longissimus leu  
tanta à multis annis a  
p. Camilo adjacentem  
tam fuisse dicitur; Cap  
pinguine, ipsi videret  
in Ambra spectate v  
fuit spectes, viginti  
admittent, Saxum.  
luis ova venenata et  
u oblectavit. Antoni  
quam duos duntaxat  
tempore talem ventu  
supplicæ similis appa  
carnis parte lenitetur  
cederet passio. Ni  
quam ova supra & inf

C A  
DE CYPR  
CONGRO,

Prinos lapillum  
candidum & duru  
in medio substantiam  
non est flexile postea  
pissitorum pondus  
in Latio amne rep  
tota gravidam se sen  
tiam oris masculum e  
vix ipsa. In Polonia  
in podam, glacie ob  
sistere quæriti, inver  
tente didolatis, appar  
pau est piscis, in Arar  
dicitur, decrefcente ni